

tum initutum, et in deversorio hospitali quàm apud penates suos pretextam sumpturum. » Revocandum universi retrahendumque censuerunt; et cogendum omnibus prius præsentem in deos hominesque fungi officiis, quàm ad exercitum et in provinciam iret. In eam legationem (legatos enim mitti placuit) Q. Terentius et M. Antistius profecti, nihilo magis eum movère, quàm priori consulatu litteræ moverant a senatu missæ. Paucos post dies magistratum iniiit, immolantique ei vitulus jam ictus e manibus sacrificantium sese cum proripisset, multos circumstantes cruore respersit. Fuga procul etiam major apud ignaros, quid trepidaretur, et concursatio fuit. Id a plerisque in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus a Sempronio prioris anni consule, duabus a C. Atilio prætore acceptis, in Etruriam jam per Apennini tramites exercitus duci est ceptus.

Revocandum, que se le debia llamar y hacer venir. *Fungi*, á cumplir con lo que debia á los hombres, etc. *Iniiit*, dió principio á, etc. *Immolantique*, y habiéndose escapado, cuando sacrificaba, un becerro ya herido de las manos de los que le ofrecian. *Fuga... procul... et concursatio*, mayor fué la huida y atropellamiento de los que estando apartados ignoraban la causa de aquel miedo.

LIBER II.

I. Jam ver appetebat, cum Annibal ex hibernis movit, et nequidquam ante conatus transcendere Apenninum intolerandis frigoribus, et cum ingenti periculo moratus ac metu. Galli, quos prædæ populationumque conciverat spes, postquam pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque; suas terras sedem belli esse, premique utriusque partis exercituum hibernis viderunt, verterunt retro ad Annibalem ab Romanis odia: petitusque sæpe principum insidiis, ipsorum inter se fraude, eadem levitate quâ consenserant, consensum indicantium servatus erat: et mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis, errore etiam sese ab insidiis munierat. Ceterum, hic quoque ei timor causa fuit maturius movendi ex hibernis.

II. Per idem tempus Cn. Servilius consul Romæ idibus Martiis magistratum iniiit. Ibi cum de rep. retulisset, redintegrata in C. Flaminium invidia est. « Duos se consules creasse; unum habere; quod enim illi justum imperium, quod auspicium esse? Magistratus id a domo, publicis privatisque penatibus, latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, secum ferre: nec privatum auspicia sequi; nec sine auspiciis profectum, in externo ea solo nova

I. *Jam ver*, ya asomaba la primavera cuando Anibal salió de los cuarteles de invierno. *Sedem*, que sus tierras eran el teatro de la guerra. *Verterunt*, el odio que á los Romanos tenian lo mudaron contra Anibal, á quien muchas veces armaron celadas los principales; pero haciéndose traicion los unos á los otros, la misma inconstancia con que se conspiraron descubrió el secreto y convenio. *Errore*, por el engaño que los Galos padecieron se libró Anibal.

II. *Duos*, decian que habian nombrado dos cónsules, y no tenian mas que uno; porque ¿qué justo mando tenia Flaminio, ó con qué buenos agüeros le habia tomado? *Magistratus*, pues los magistrados llevaban consigo todo esto cuando salian de la patria, despues de consultados los dioses en público y en particular, etc. *Nec privatum*, que ni los auspicios siguen á uno que marchó como particular, ni habiendo salido con mal agüero los podia hacer de nuevo en país extraño...

atque integra concipere posse. » Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nuntiata; in Sicilia militibus aliquot spicula, in Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse; et littora crebris ignibus fulsisse; et scuta duo sanguine sudasse, et milites quosdam ictos fulminibus; et solis orbem minui visum; et Præneste ardentis lapides cælo cecidisse; et Arpis parmas in cælo visas, pignantemque cum luna solem; et Capenæ duas interdiu lunas ortas; et aquas Cæretes sanguine mixtas fluxisse, fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis: et in Antii agro metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse; et Faleriis cælum findi visum velut magno hiatu; quæque patuerit, ingens lumen effulsisse; sortes suâ sponte attenuatas, unamque excidisse ita scriptam: *Mavors telum suum conculit*. Et per idem tempus Romæ signum Martis Appiâ viâ ad simulacra luporum sudasse; et Capuæ speciem cæli ardentis fuisse, lunæque inter imbrem cadentis. Inde minoribus etiam dicti prodigiis fides habita; capras lanatas quibusdam factas, et gallinam in marem, gallum in feminam sese vertisse. His, sicut erant nuntiata, expositis, auctoribusque in curiam introductis, consul de religione patres consuluit. Decretum, ut ea prodigia, partim, majoribus hostiis, partim lactentibus, procurarentur: et uti supplicatio per triduum ad omnia pulvinaria haberetur. Cetera, cum de-

Circumeunti, que á un soldado de caballería que andaba en el muro celando las centinelas, le despidió llamas el baston; que, etc. *Orbem solis*, el disco solar. *Et in Antii*, y que á los segadores de Ancio les cayeron en los cestos las espigas salpicadas de sangre. *Findi*, abrirse el cielo con una grande boca, y que por la abertura apareció una llamarada. *Inde*, despues creyeron otras señales que no merecen referirse, cuales son, que unas cabras aparecieron con lana en algunos lugares, que una gallina se convirtió en gallo, y un gallo en gallina. *Et uti*, y que se hiciesen rogativas á todos los dioses por tres dias...

Concipere vota, lo mismo que *facere*.

Præneste, Palestrina, ciudad del Lacio.

Cæretes (lo mismo que *Cære*), Cerveteri, hoy Aguas de Stigliano.

Mavors (epéntesis, en vez de Mars), Marte esgrime su espada.

Majoribus, victimas crecidas, en contraposición de los animales que aun mamaban, *lactentibus*.

cemviri libros inspexissent, ut ita fierent, quemadmodum cordi esse divi carminibus præferentur. Decemvirorum monitu decretum est, Jovi primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret; Junoni Minervæque ex argento daretur; et Junoni reginæ in Aventino, Junonique Sospitæ Lanuvii majoribus hostiis sacrificaretur: matronæque, pecuniâ collatâ, quantum conferre cuique commodum esset, donum Junoni reginæ in Aventinum ferrent, lectisterniumque fieret: quin ut libertinæ et ipsæ, unde Feroniæ donum daretur, pecuniam pro facultatibus suis conferrent. Hæc ubi facta, decemviri Ardeæ in foro majoribus hostiis sacrificarunt. Postremo Decembri jam mense ad ædem Saturni Romæ immolatum est, lectisterniumque imperatum (et eum lectum senatorum straverunt), et convivium publicum; ac per urbem Saturnalia die ac nocte clamatum, populusque eum diem festum habere ac servare in perpetuum jussus.

III. Dum consul placandis Romæ diis, habendoque delectu dat operam, Annibal, profectus ex hibernis, quia jam Flaminium consulem Arretium pervenisse fama erat, cum aliud longius, ceterum commodius, ostenderetur iter, propiorem viam per paludem petit, quâ fluvius Arno per eos dies solito magis inundaverat. Hispanos et Afros, et omne quod veterani

Quemadmodum, conforme los dioses declarasen por los versos *sibilinos* era de su agrado. *Donum*, que la primera oferta fuese un rayo de oro del peso de cincuenta libras. *Sospita*, conservadora. *Majoribus*, con victimas de animales crecidos. *Pecuniâ collatâ*, contribuyendo segun sus posibles cada matrona. *Lectisternium*, y que se le pusiese en su estrado al público (esto es, se le hiciese rogativa). *Quin ut*, que aun hasta las mujeres de los libertos. *Feroniæ*, Proserpina segun algunos. *Clamatum*, se celebraron. *Et eum lectum*, y este estrado lo pusieron á su costa los senadores; esto es, costearon esta rogativa.

III. *Habendoque*, y en hacer levás. *Cum aliud*, habiendo otro camino mas largo, pero mejor. *Petit*, toma el camino mas corto por una laguna que habia formado el rio Arno, que creció aquellos dias mas de lo acostumbrado...

Saturnalia, estas fiesta de Saturno se celebraban por siete ó cinco dias, y comenzaban el 17 de diciembre con gritos y mil desórdenes,

con regocijo, banquetes y comilonas: en ellas se enviaban sus aguilaldos ó regalos, y aun los amos servian á los esclavos á la mesa.

erat robur exercitûs, admixtis ipsorum impedimentis, necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent, primos ire iussit; sequi Gallos, ut id agminis medium esset, novissimos ire equites; Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen, maximè Gallos, si tædio laboris longæque viæ (ut est mollis ad talia gens) dilaberentur, aut subsisterent, cohibentem. Primi, quæ modò præirent duces per præaltas fluvii ac profundas voragines, hausti pæne limo, immergentesque se, tamen signa sequebantur. Galli, neque sustinere se prolapsi, neque adsurgere ex voraginibus poterant: aut corpora animis, aut animos spe sustinebant: alii fessa ægrè trahentes membra, alii, ubi semel victis tædio animis procubuissent, inter jumenta et ipsa jacentia passim morientes: maximèque omnium vigiliæ conficiebant, per quadriduum jam et tres noctes toleratæ. Cùm, omnia obtinentibus aquis, nihil ubi in sicco fessa sternerent corpora inveniri posset, cumulatis in aquas sarcinis, insuper incumbabant: jumentorum itinere toto prostratorum passim acervi, tantùm quod exstaret aqua quærentibus, ad quietem parvi temporis necessarium cubile dabant. Ipse Annibal, æger oculis ex vernâ primùm intemperie variante calores frigoraque, elephanto, qui unus superfuera, quòd altiùs ab aqua exstaret, vectus, vigiliis tandem et nocturno humore palustri que cælo gravante caput, et quia medendi

Necubi, para que en ninguna parte les faltase lo necesario si se veían obligados á hacer alto. *Cogere agmen*, que cerrase la retaguardia. *Ut est*, segun lo afeminada que es esta nacion para t les fatigas. *Dilaberentur*, desertasen. *Cohibentem*, conteniendo. *Primi*, por donde iban delante las primeras guías, atollados casi en el cieno por los sumideros hondos y profundos del rio, aunque se sumergian, etc. *Signa*, las banderas. *Sustinere*, ni podían dejar de caer, ni levantarse de los remolinos. *Aut corpora*, el ánimo sostenía los cuerpos, ó la esperanza el ánimo. *Ægrè*, llevaban sus cuerpos cansados con dificultad. *Ubi semel*, otros caídos una vez, vencidos sus ánimos del cansancio. *Inter jumenta*, entre los caballos que á cada paso estaban caídos. *Maximèque*, lo que mas les consumía era el no haber dormido en cuatro dias y tres noches. *Omnia*, estando todo cubierto de agua. *Tantùm*, buscando tan solamente el poder descansar sin tocar al agua. *Parvi temporis*, les servían de cama para dormir un poco de tiempo. *Æger*, enfermo de los ojos por la intemperie de la primavera que alternaba en calor y en frio. *Quòd (por ut) altiùs*, para no tocar en el agua. *Vectus*, caballero en un elefante. *Vigiliis tandem*, por último con no dormir, con la humedad de la noche y el aire de la laguna

nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur. Multis hominibus jumentisque fœdè amissis, cùm tandem de paludibus emersisset, ubi primùm in sicco potuit, castra locat: certumque per præmissos exploratores habuit, exercitum romanum circa Arretii mœnia esse: consulis deinde consilia atque animum, et situm regionum, itineraque, et copias ad commeatus expediendos, et cetera, quæ cognosse in rem erant, summâ omnia cum curâ inquirendo exsequebatur. Regio erat in primis Italiæ fertilis, Etrusci campi, qui Fæsulas inter Arretiumque jacent, frumenti ac pecoris, et omnium copiâ rerum opulenti.

IV. Consul ferox a consulatu priore, et non modò legum aut patrum majestatis, sed ne deorum quidem satis metuens erat. Hanc insitam ingenio ejus temeritatem fortuna prospero civilibus bellicisque rebus successu aluerat. Itaque satis apparebat, nec deos nec homines consulentem, ferociter omnia ac præpropèrè acturum; quòque pronior esset in vitia sua, agitare eum atque irritare Pœnus parat, et lævâ relicto hoste, Fæsulas petens, Etruriæ agros prædatum profectus, quantam maximam vastitatem potest, cœdibus incendiisque consuli procul ostendit. Flaminius, qui ne quieto quidem hoste ipse quieturus erat, tum verò, postquam res sociorum ante oculos prope suos ferri agique vidit, suum id dedecus ratus, per mediam jam Italiam vagari Pœnum, atque, obsistente nullo, ad ipsa romana mœnia ire oppugnanda, ceteris omnibus in concilio salutaria magis quàm speciosa suadentibus, collegam

que le cargó la cabeza; y además de esto, porque no tenía lugar ni tiempo de medicinarse, perdió un ojo. *Commeatus*, la provision de viveres. *Quæ cognosse*, que importaba el saberlas. (*Sincopa*.) *Summâ*, procuraba inquirirlo todo con sumo cuidado.

IV. *Ferox*, arrogante desde. *Metuens*, que ni tenía respeto. *Insitam ingenio ejus*, que le era natural, la aumentó la fortuna con la prosperidad, etc. *Apparebat*, se conocía bastante, que quien no consultaba ni á dioses ni á hombres, en todo procedería con arrogancia y precipitacion. *Quòque*, y para que mas se precipitase en su temeridad. *Prædatum*, al pillage. *Quantam*, hizo á la vista del cónsul, que estaba lejos, las mayores asolaciones que pudo con muertes é incendios. *Qui ne*, que no había de estar quieto aun estándolo el enemigo. *Ferri*, eran conducidas y llevadas, etc. *Ratus*, teniendo por deshonor suyo (*id* no se traduce) el que Anibal anduviese libremente, etc. *Ceteris*, aconsejándole los demás en la junta, mas lo que le convenia que lo que le fuese gustoso al paladar...

expectandum, ut conjunctis exercitibus, communi animo consilioque rem gererent; interim equitatu auxiliisque levium armorum ab effusa prædandi licentiâ hostem cohibendum; iratus se ex concilio proripuit, signumque simul itineris pugnæque proposuit. « Quinimo Arretii ante mœnia sedeamus, inquit: hic enim patria et penates sunt. Annibal emissus è manibus perpopuletur Italiam, vastandoque et urendo omnia, ad romana mœnia perveniat: nec ante nos hinc moverimus, quàm, sicut olim Camillum ab Veïis, C. Flaminium ab Arretio patres acciverint. » Hæc simul increpans, cum ociùs signa convelli juberet, et ipse in equum insiluisse, equus repente corruit, consulemque lapsum super caput effudit. Territis omnibus qui circa erant, velut fœdo omine incipiendæ rei, insuper nuntiatur, signum, omni vi moliente signifero, convelli nequire. Conversus ad nuntium: « Num litteras quoque, inquit ab senatu affers, quæ me rem gerere vetent? Abi, nuntia, signum effodiant, si ad convellendum manus præ metu obtorpuerint. » Incedere inde agmen cœpit, primoribus, super quàm quòd discesserant a consilio, territis etiam duplici prodigio: milite in vulgus læto ferociâ ducis, cum spem magis ipsam quàm causam spei intueretur. Annibal, quod agrî est inter Cortonam urbem Trasymenumque lacum, omni clade belli pervastat, quò magis iram hosti ad vindicandas sociorum injurias acuat. Et jam pervenerat ad loca insidiis nata, ubi maximè montes Cortonenses Trasymenus subit. Via tantum in-

Ab effusâ, que debia contener á Anibal en su excesiva licencia de robar. *Iratus*, salió irritado de la junta. *Quinimo*, antes bien estémonos quietos. *Perpopuletur*, asuele la Italia escapado de nuestras manos. *Acciverint*, hasta que llamen. *Ociùs*, arrancar prontamente las banderas. *Effudit*, le despidió dejándole caer por encima, etc. *Velut*, como que era mal pronóstico para comenzar. *Signum*, que el alferez no podía con toda su fuerza arrancar del suelo la bandera. *Gerere*, dar la batalla. *Obtorpuerint*, se hubieren entorpecido. *Primoribus*, asustada la oficialidad con el doble prodigio además de que no habian estado de un mismo parecer con el cònsul. *Milite*, alegrándose el comun de los soldados por la arrogancia del general. *Acuat*, para aumentar mas la ira del enemigo y moverle, etc. *Nata*, acomodados para celedas, donde principalmente el lago cae debajo de los montes de Cortona...

Trasymenum, hoy lago de Perusa.

terest perangusta, velut ad id ipsum de industria relicto spatio: deinde paulò latior patescit campus; inde colles assurgunt. Ibi castra in aperto locat, ubi ipse cum Afris modò Hispanisque consideret. Baleares ceteramque levem armaturam post montes circumducit: equites ad ipsas fauces saltòs, tumulis aptè tegentibus, ut ubi intrassent Romani, objecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus essent. Flaminius, cum pridie solis occasu ad lacum pervenisset, inexploratò, postero die, vixdum satis certâ luce, augustiis superatis, postquam in patientiorem campum pandi agmen cœpit, id tantum hostium, quod ex adverso erat, aspexit: a tergo ac super caput decerpere insidiæ. Pœnus, ubi, id quod petierat, clausum lacu montibusque, et circumfusum suis copiis habuit hostem, signum omnibus dat simul invadendi. Qui ubi, quâ cuique proximum fuit, decurrere, eò magis Romanis subita atque improvisa res fuit, quòd orta ex lacu nebula campo quàm montibus densior sederat, agminaque hostium ex pluribus collibus ipsa inter se satis inspecta, eòque magis pariter decurrerunt. Romanus, clamore priùs undique orto quàm satis cerneret, se circumventum esse sensit: et antè in frontem lateraque pugnari cœptum est, quàm satis instrueretur acies, aut expediri arma stringique gladii possent. Consul, percussis omnibus, ipse satis, ut in trepidâ re, impavidus, turbatos ordines, vertente se quoque ad dissonos clamores, instruit, ut tempus locusque patitur: et quacumque adire audirique potest adhortatur, ac stare et pugnare jubet. Nec enim inde votis aut imploratione deùm, sed vi

Interest, en medio hay solamente un camino muy angosto. *Deinde*, despues se descubre un campo algo mas ancho, y luego se levantan unos collados. *Equites*, coloca la caballeria en la entrada de aquel monte, oculta con las alturas. *Inexploratò*, sin registrar el lugar. *Superatis*, habiendo pasado el estrecho, siendo apenas dia claro. *Pandi*, á desplegarse. *Id tantum*, no vió mas enemigos que los de enfrente, pero no advirtió los emboscados que estaban á la espalda y sobre sí. *Quâ cuique*, por donde cada cual halló salida mas pronta. *Eò magis*, cogió esto á los Romanos mas de repente é improviso, porque la niebla levantada de la laguna era mas espesa en lo llano que, etc. *Priùs... quàm...*, antes que lo advirtiese bastante se vió cercado. *Stringique*, desenvainar. *Percussis*, llenos todos de temor, y conservando el cònsul bastante serenidad para lo que el caso pedia. *Vertentese*, volviéndose cada uno á oír la griteria desentonada. *Et quacumque*, y donde quiera que él podía acudir y entenderse sus órdenes. *Votis*, con ofertas y stíplicas á los dioses...

ac virtute evadendum esse : per medias acies ferro viam fieri : et quò timoris minùs sit, eò minùs ferme periculum esse. Ceterùm, præ strepitu ac tumultu, nec consilium nec imperium accipi poterat : tantumque aberat ut sua signa atque ordinem et locum nosceret miles, ut vix ad arma capienda aptandaque pugnae competeret animus ; opprimerenturque quidam, onerati magis his quàm tecti : et erat in tantà caligine major usus aurium quam oculorum. Ad gemitus vulnerum, ictusque corporum aut armorum, et mixtos strepentium paventiumque clamores, circumferebant ora oculosque. Alii fugientes pugnantium globo illati hærebant ; alios redeuntes in pugnam avertibat fugientium agmen. Deinde, ubi in omnes partes nequidquam impetus facti, et ab lateribus montes ac lacus, a frontè et a tergo hostium acies claudebat, apparuitque nullam, nisi in dexterà ferroque, salutis spem esse, tum sibi unusquisque dux adhortatorque factus ad rem gerendam, et nova de integro pugna exorta est : non illa ordinata per principes, hastatosque ac triarios, nec ut pro signis antesignani, post signa alia pugnaret acies, nec ut in suà legione miles, aut cohorte, aut manipulo esset : sors conglobabat, et animus suus cuique antè aut post pugnandi ordinem dabat : tantusque fuit ardor animum, adeò intentus pugnae animus, ut eum terræ motum, qui multarum urbium Italiæ magnas par-

Nec consilium, ni él podía resolver, ni los soldados oír sus órdenes. *Competeret*, les bastaba el ánimo. *Onerati*, agobiados mas que defendidos con las armas ; y era tan espesa la niebla, que mas se gobernaban por el oído que por la vista. *Circumferebant*, volvían el rostro y la vista al rededor para oír los gemidos, etc. *Pugnantium*, quedando atascados en el monton de los que peleaban. *Dexterà*, en el valor y en la espada. (*Metonimia.*) *Tum sibi*, entonces, sirviéndose cada uno á sí mismo de capitán y guía para pelear. *Non illa ordinata*, no ordenada de manera que guardasen su lugar los de la primera línea, los de lanza y los triarios. *Antesignani*, ni de suerte que guardasen su puesto los que de ordinario peleaban delante de las banderas. *Sors*, la suerte los amontonaba, y el ánimo daba á cada uno la formación para pelear ya antes ya despues. *Intentus*, estuvieron tan embebidos en pelear, que, etc...

Triarios, estos ocupaban la retaguardia del ejército, y servían para los mayores apuros. De aquí

viene la elegante frase alusiva : *res ad triarios venit*, apurado anda el negocio.

tes prostravit, avertitque cursu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit, nemo pugnantium senserit. Tres ferme horas pugnatum est, et ubique atrociter : circa consulem tamen acrior infestiorque pugna erat. Eum et robora virorum sequebantur, et ipse, quacumque in parte premi ac laborare senserat suos, impigre ferebat opem ; insignemque armis et hostes summà vi petebant, et tuebantur cives : donec insuber eques (Ducario nomen erat) facie noscens, « Consul, inquit, hic est, popularibus suis, qui legiones nostras cecidit, agrosque et urbem est depopulatus : jam ego hanc victimam manibus peremptorum fœdè civium dabo. » Subditisque calcaribus equo, per confertissimam hostium turbam impetum facit : obruncatoque prius armigero, qui se infesto venienti obviam objecerat, consulem lancea transfixit, spoliare cupientem triarii objectis clypeis arcuere. Magnæ partis fuga inde primùm cœpit : et jam nec lacus nec montes obstabant pavori. Per omnia arcta præruptaque, veluti cæci, evadunt ; armaque et viri super alium alii præcipitantur. Pars magna, ubi locus fugæ deest, per prima vada paludis in aquam progressi, quoad capitibus humerisque exstare possunt, sese immergant. Fuere quos inconsultus pavor nando etiam capessere fugam impulerit ; quæ ubi immensa ac sine spe erat, aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus,

Avertitque, sacó de su precipitada corriente á los rios, y con estos mezcló las aguas del mar. *Proruit*, y derribó los montes con gran estallido. (Aquí el verbo no es neutro.) *Laborare*, que los suyos se hallaban en riesgo, los socorria con denuedo. *Insignemque*, visible, distinguido entre todos por sus armas, los enemigos vivamente le acometían, y sus conciudadanos le defendían. *Noscitans*, que le conocía de vista. *Jam ego*, ya ofreceré yo esta víctima á las almas de tantos ciudadanos tan cruelmente, etc. *Subditis*, y dando espuelas. *Per confertissimam*, por donde estaban mas apiñados. *Armigero*, escudero. *Objectis*, poniendo delante. *Obstabant*, su miedo no les ponía ya embarazo para huir por la laguna, etc. *Arcta præruptaque*, por los lugares mas estrechos y quebrados. *Quoad*, y hubo algo sobre el agua cabeza y hombros, se sumergen. *Fuere*, se subo algunos á quienes el inconsiderado temor les obligó á huir nadando. *Quæ*, pero huyendo sin fin y sin esperanza alguna. *Hauriebantur*, se ahogaban...

Ducario, se llamaba Ducario. Nótese aquí los tres géneros de sintáxis en semejantes modo de hablar.

aut, ubi nequidquam festinaverant, retro ægerrimè terram repetebant; atque ibi ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidabantur. Sex millia feræ primi agminis, per adversos hostes eruptione impigrè factâ, ignari omnium quæ post se agerentur, ex saltu evasere; et cùm in tumulto quodam constitissent, clamorem modò ac sonum armorum audientes, quæ fortuna pugnæ esset, neque scire nec prospicere præ caligine poterant. Inclinatâ denique re, cùm incalescente sole dispulsa nebula aperuisset diem, tum liquidâ jam luce montes campique perditas res, stratamque ostendèrè fœdè romanam aciem. Itaque, ne in conspectos procul immitteretur eques, sublatis raptim signis, quàm citatissimo poterant agmine, sese abriperunt. Postero die, cùm super cetera extrema fames etiam instaret, fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent, abire cum singulis vestimentis passurum, sese dediderunt, quæ punicâ religione servata fides ab Annibale est, atque in vincula omnes conjecti. Hæc est nobilis ad Trasymenum pugna, atque inter paucas memorata populi romani clades. Quindecim millia Romanorum in acie cæsa sunt: decem millia sparsa fugâ per omnem Etruriam, diversis itineribus Romam petiere. Mille et quingenti hostium in acie, multi postea utrinque ex vulneribus periire. Multiplex cædes utrinque facta traditur ab aliis. Ego, præterquam quòd nihil haustum ex vano velim, quò nimis inclinant ferme scribentium animi, Fabium æqualem temporibus hujusce belli potissimum auctorem habui. Annibal, captivorum, qui Latini nominis es-

Aut ubi nequidquam, ó si se habian adelantado nadando, aunque en vano, volvían atrás con muchísima dificultad á buscar la tierra; y allí, etc. *Denique*, finalmente, yendo de capa caída la batalla. *Calescente*, como la niebla disipada con el calor del sol hubiese descubierto el día, entonces viéndose ya claro, etc. *Quàm citatissimo*, echaron á huir á rienda suelta. *Dante*, dándoles palabra. *Quæ punicâ*, la cual palabra guardó Anibal con lealtad africana (esto es, la quebrantó). *Hæc*, esta es la famosa batalla dada junto al lago Trasimeno. *Multiplex*, otros cuentan de muchos modos la pérdida de ambas partes. *Ego*, yo, además de que no gusto decir nada sin fundamento, he seguido sobre todo la autoridad de Fabio, que vivió en tiempo de esta guerra, adoptada comunmente por los escritores...

sent, sine pretio dimissis, Romanis in vincula datis, segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum cum sepeliri jussisset, Flamini quoque corpus, funeris causâ, magnâ cum curâ inquisitum, non inventum.

V. Romæ ad primum nuntium cladis ejus, cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus. Matronæ vagæ per vias, quæ repens clades allata, quæ fortuna exercitûs esset, obvios percunctantur: et cùm frequentis concionis modo turba in comitium et curiam versa magistratus vocaret; tandem haud multò ante solis occasum M. Pomponius prætor, «Pugnâ, inquit, magnâ victi sumus:» et quantum nihil certius ex eo auditum est, tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt, consulem cum magnâ parte copiarum cæsum: superesse paucos, aut fugâ passim per Etruriam sparsos, aut captos ab hoste. Quot casus exercitûs victi fuerant, tot in curas dispersiti eorum animi erant, quorum propinqui sub C. Flamini consule meruerant, ignorantium quæ cujusque suorum fortuna esset: nec quisquam satis certum habet, quid aut speret aut timeat. Postero, ac deinceps aliquot diebus, ad portas major prope mulierum quàm virorum multitudo stetit, aut suorum aliquem, aut nuntios de his opperiens: circumfundebanturque obviis sciscitantes: neque avelli, utique a nôtis, priusquam ordine omnia inquisissent, poterant. Inde varios vultus digredientium ab nuntiis cerneret, ut cuique aut læta aut tristia nuntiabantur: gratulantesque aut consolantes redeuntibus domos circumfusos. Feminarum præcipuè et gaudia insignia erant, et luctus. Unam in ipsâ portâ, sospite filio repentè oblato, in conspectu ejus exspirasse ferunt. Alteram, cui mors filii falso

Sine pretio, sin rescate, de balde. *Funeris causâ*, para enterrarle.

V. *Vagæ*, discurriendo por las calles, preguntan á los que encontraban qué desastre repentino era aquel cuya noticia habia venido, etc. *Frequentis*, á manera de una junta numerosa. *Alius ab*, recibiendo unos de otros las noticias, las cuentan en sus casas. *Quot*, cuantos habian sido los desastres del ejército vencido, tantos eran los cuidados que ocupaban los ánimos de los que tenían parientes en el ejército de Flamini. *Opperiens*, aguardando, ó á algunos de los suyos, ó noticias de ellos. *Circumfundebanturque*, rodeaban á los que encontraban para preguntarlos. *Insignia*, se señalaban, ya en el gozo, ya en el llanto. *Unam*, de una cuenta, que encontrando en la misma puerta á su hijo salvo, cayó muerta á su vista...

nuntiata erat, mœstam sedentem domi, ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Senatum prætores per dies aliquot ab orto usque ad occidentem solem in curiâ retinent, consultantes, quonam duce aut quibus copiis resisti victoribus Pœnis posset.

VI. Priusquam satis certa consilia essent, repens alia nuntiatur clades: quatuor millia equitum cum C. Centenio prætore missa ad collegam ab Servilio consule, in Umbriâ, quò post pugnam ad Trasymenum auditam averterant iter, ab Annibale circumventa. Ejus rei fama variè homines affectit: pars occupatis majore ægritudine animis, levem ex comparatione priorum ducere recentem equitum jacturam: pars, non id quod acciderat per se æstimare, sed ut in affecto corpore, quamvis levis causa, magis quàm valido gravior sentitur, ita tum agræ et affectæ civitati quodcumque adversi inciderit, non rerum magnitudine, sed viribus extenuatis, quæ nihil quod aggravaret pati possent, æstimandum esse. Itaque ad remedium jamdiu neque desideratum neque adhibitum, dictatorem dicendum, civitas confugit. Et quia et consul aberat, a quo uno dici posse videbatur; nec per occupatam armis puniis Italiam facilè erat aut nuntium aut litteras mitti; nec dictatorem populus creare poterat; quod nunquam ante eam diem factum erat, predictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum, et magistrum equitum M. Minucium Rufum: hisque negotium ab senatu datum, ut muros turresque urbis firmarent, et præsidia disponerent quibus locis videretur, pontesque rescinderent fluminum: cum Pœnis pro urbe dimicandum esse, quando Italiam tueri nequissent. Annibal interim

Exanimatam, murió del excesivo gozo.

VI. *Priusquam*, aun no se resolvieron en lo que convendría hacer, cuando de repente vino la nueva de otra calamidad. *Ejus rei*, esta noticia causó diversos afectos en los ciudadanos. *Occupatis*, por hallarse poseidos sus ánimos de mayor cuidado. *Pars*, otros no sentían este suceso mirado en sí mismo, sino que á la manera que en el cuerpo enfermo una dolencia, aunque leve, hace mas mella que otra mas grave en un cuerpo robusto, así cualquiera desgracia que sobreviniese á la ciudad enferma y débil, no tanto le era sensible por ser grande aquella desgracia, quanto porque ya no tenia fuerzas para sufrir mas. *Itaque*, por donde la ciudad recurrió al remedio que por mucho tiempo ni habia necesitado ni usado, cual era nombrar dictador. *Predictatorem*, vicedictador. *Magistrum equitum*, comandante de caballería. *Rescinderent*, que cortasen. *Pro urbe*, por la defensa de Roma...

recto itinere per Umbriam usque ad Spoletum venit. Inde cum perpopulato agro urbem oppugnare adortus esset, cum magnâ cæde suorum repulsus, conjectans ex unius colonix haud nimis prosperè tentatæ viribus, quanta moles romanæ urbis esset, in agrum Picenum avertit iter, non copiâ solùm omnis generis frugum abundantem, sed refertum prædâ, quam effusè avidi atque egentes rapiebant. Ibi per dies aliquot stativa habita, refectusque miles hibernis itineribus ac palustri viâ, prælioque magis ad eventum secundo, quàm levi aut facili, affectus. Ubi satis quieti datum, prædâ ac populationibus magis quam otio aut requie gaudentibus, profectus Prætutianum Adrianumque agrum, Marsos inde, Marrucinosque et Pelignos devastat, circaque Arpos et Luceriam, proximam Apuliæ regionem.

VII. Cn. Servilius consul levibus præliis cum Gallis actis, et uno oppido ignobili expugnato, postquam de collegæ exercitusque cæde audivit, jam mœnibus patriæ metuens, ne abesset in discrimine extremo, ad urbem iter intendit. Q. Fabius Maximus dictator, iterum, quo die magistratum inivit, vocato senatu, ab diis orsus, cum edocuisset patres plus negligentia ceremoniarum auspiciorumque, quàm temeritate atque incitiâ peccatum a C. Flaminio consule esse: quæque piacula iræ deum essent, ipsos deos consulendos esse: pervicit, ut,

Conjectans, conjeturando por las fuerzas de una sola colonia, que intentó combatir con suceso poco feliz, cuánto sería el poder de Roma, torció el camino á la Marca de Ancona. *Quam effusè*, sobre la que se echaron con mucha codicia por estar necesitados. *Prælioque*, y cansado de la batalla, que aunque tuvo feliz suceso fué reñida y sangrienta. *Prætutianum*, territorio de Terano y Atri. *Circaque*, y los contornos de Arpos.

VII. *Levibus*, habiendo tenido algunas escaramuzas con los Galos. *Ignobili*, un pueblo pequeño. *Ab diis*, habiendo dado principio por los sacrificios á los dioses. *Peccatum*, que mas habia faltado por el desprecio de las ceremonias y de los agüeros, que por inconsideracion é impericia. *Quæque*, y que se debía consultar á los dioses con qué sacrificios se les debía aplacar. *Pervicit*, logró el que se mandase á los *decemviros* registrar los libros de las Sibilas...

Marsos, pueblos del Abruzo.
Marrucinos, los de Teabe.

Piaculum, la culpa y lo que sirva para aplacar á Dios, como aquí.

quod non ferme decernitur, nisi cum tetra prodigia nuntiata sunt, decemviri libros Sibyllinos adire juberentur: qui, inspectis fatalibus libris, retulerunt patribus: quod ejus belli causâ votum Marti foret, id non rite factum, de integro atque amplius faciendum esse: et Jovi ludos magnos, et ædes Veneri Erycinæ ac Menti vovendas esse, et supplicationem lectisterniumque habendum, et ver sacrum vovendum, si bellatum prosperè esset, resque publica in eodem, quo ante bellum fuisset, statu permansisset. Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura esset, M. Æmilium prætorem, ex collegii pontificum sententiâ, omnia ea ut maturè fiant, curare jubet. His senatusconsultis perfectis, L. Cornelius Lentulus pontifex maximus, consulente collegio prætorum, omnium primùm populum consulendum de vere sacro censet: injussu populi voveri non posse. Rogatus in hæc verba populus: «Velitis jubeatisne hoc sic fieri? Si respublica populi romani Quiritium ad quinquennium proximum, sicut velim eam, salva servata erit hisce duellis (quod duellum populo romano cum carthaginiensi est, quæque duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt), datum donum duit populus romanus Quiritium quod ver attulerit ex suillo, ovillo, caprino, bovillo grege, quæque profana erant, Jovi fieri, ex quâ die senatus populusque jusserit. Qui faciet quando volet, quæque lege volet, facito: quo modo faxit, probè factum esto. Si id moritur, quod fieri oportebit, profanum esto, neque scelus esto: si quis rumpet,

Quod non, lo que casi no se manda sino cuando se anuncian prodigios horribles. *Inspectis*, registrados estos fatales libros, dieron por respuesta á los senadores. *Rite*, segun ceremonia. *Menti*, á la diosa del acierto. *Ex suillo*, cuanto produzca la primavera de cerdos, ovejas, cabras y bueyes se ofrezca á Júpiter. *Profana*, con tal que no estén ofrecidos á otro dios. *Quo modo faxit*, de cualquier modo que lo haga, dese por bien hecho...

Ver sacrum, voto de la primavera. Este se reducía á que los Romanos en algun grande apuro prometían ofrecer todos los animales que nacían en sus casas. Pero siendo una crueldad atroz matar á sus hijos inocentes cuando eran crecidos, los cubrían con un velo, y los sacaban fuera de sus términos.

Velitis, queréis y mandáis que se haga esto? Nótese en toda la fórmula el estilo particular por su antigüedad, el que se conservaba en semejantes ocasiones como nuestras fórmulas forenses.

Duellis; esto es, *bellis*.
Duit, det: arcaísmo.

occidete insciens, ne fraus esto: si quis clepsit, ne populo scelus esto: neve cui cleptum erit: si atro die faxit, insciens, probè factum esto: si nocte sive luce, si servus sive liber faxit, probè factum esto: si ante id ea senatus populusque jusserit fieri, ac faxit, eo populus solutus, liber esto. «Et ejusdem rei causâ ludi magni voti, æris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente: præterea bubus Jovi trecentis, multis aliis divis bubus albis, atque ceteris hostiis. Votis rite nuncupatis, supplicatio edicta: supplicatumque iere cum conjugibus ac liberis, non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam, quos in aliquâ suâ fortunâ publica quoque contingeat cura. Tum lectisternium per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus; sex pulvinaria in conspectu fuere: Jovi et Junoni unum, alterum Neptuno et Minervæ, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio et Cereri. Tum ædes votæ. Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius Max. dictator vovit, quia ita ex fatalibus libris edictum erat, ut is voveret, cujus maximum imperium in civitate esset. Menti ædem Otacilius prætor vovit.

VIII. Ita rebus divinis peractis, tum de bello deque rep. dictator retulit, quibus quotve legionibus victori hosti obviam eundum esse patres censerent. Decretum, ut ab Cn. Servilio consule exercitum acciperet: scriberet præterea ex civibus sociisque quantum equitum ac peditum videretur: cetera omnia ageret, faceretque, ut e republicâ duceret. Fabius duas se legiones adjecturum ad Servilianum exercitum dixit: his

Fraus esto, no se le impute á culpa. *Si quis clepsit* (*pro clepsit*), si alguno lo hurtare. *Æris*, por el mismo motivo se hizo voto de celebrar juegos grandes, cuyo coste ascendiese á trescientos treinta y tres mil trescientos treinta y tres ases y un triente. *Votis*, hechos estos votos segun el ceremonial, se intimaron rogativas, y acudieron á ellas, etc. *Quos in*, en cuyas haciendas redundaba tambien la pública calamidad. *Curatum*, se cuidó de poner á los dioses al público en sus lechos, y los tuvieron por tres dias. *Sex pulvinaria*, seis estrados ó lechos. *Ædes*, se hizo voto de edificar templos. *Erycinæ*, venerada en el monte Erice, en Sicilia.

VIII. *Ita*, cumplido así lo que miraba á la religion. *Retulit*, dió cuenta del estado de la republica...

Æris, era ceremonia expresar estos votos con números ternarios, el

cual número tenían por sagrado. *Numero Deus impare gaudet*. Virg.

per magistrum equitum scriptis, Tibur diem ad conveniendum edixit: edictoque proposito, ut quibus oppida castellaque immunita essent in loca tuta commigrarent; ex agris quoque uti demigrarent omnes regionis ejus quæ iturus Annibal esset, tectis prius incensis, ac frugibus corruptis, ne cujus rei copia esset; ipse viâ Flaminia profectus obviam consuli exercituique, cum ad Tiberim circa Otriculum prospexisset agmen, consulemque cum equitibus ad se progredientem, viatorem misit, qui consuli nuntiaret ut sine licitoribus ad dictatorem veniret. Qui cum dicto paruisset, congressusque eorum ingentem speciem dictaturæ apud cives sociosque, vetustate jam prope oblitos ejus imperii, fecisset; litteræ ab urbe allatæ sunt, naves onerarias commeatum ab Ostiâ in Hispaniam ad exercitum portantes, a classe punicâ circa portum Cosanum captas esse. Itaque extemplo consul Ostiam proficisci jussus, navibus, quæ ad urbem romanam aut Ostiæ essent, completis milite ac navalibus sociis, persequi hostium classem, ac littora Italiæ tutari. Magna vis hominum conscripta Romæ erat. Libertini etiam, quibus liberi essent, et ætas militaris, in verba juraverant: ex hoc urbano exercitu, qui minores quinque et triginta annis erant in naves impositi; alii, ut urbi præsiderent, relictæ.

IX. Dictator, exercitu consulis accepto a Fulvio Flacco legato, per agrum Sabinum Tibur, quò diem ad conveniendum edixerat novis militibus, venit; inde Præneste, ac transversis tramitibus in viam Latinam est egressus: unde, itineribus summâ cum curâ exploratis, ad hostem ducit, nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunæ se commissurus.

Tibur, señaló el día para que se juntasen en Tivoli. *Tectis*, edificios. *Corruptis*, inutilizados los frutos, para que ne se aprovechase el enemigo de ellos. *Otriculum*, Otricoli. *Viatorem*, envió un ministro. *Congressusque*, y dando á conocer tanto á los ciudadanos como aliados aquella junta de los dos la magestad del dictador, casi olvidada con el tiempo. *Ostiâ*, puerto de Ostia. *Cosanum*, puerto de Cosa (hoy Orbitello, en Toscana). *Completis*, tripulada. *Vis*, número grande de soldados. *In verba*, juraron seguir la milicia, ser fieles á la república. *Præsiderent*, guarneciesen.

IX. *Quò diem*, adonde habia intimado el día que habian de acudir. *Transversis*, atravesando sendas. *Nullo loco*, sin ánimo de exponerse al trance de la batalla, sino á mas no poder...

Libertini, los hijos de libertos. Libertos eran los que habian conseguido de sus amos la libertad.

Quo primùm die haud procul Arpis in conspectu hostium posuit castra, nullâ mora facta, quin Pœnus educeret in aciem, copiamque pugnandi faceret. Sed ubi quietâ omnia apud hostes, nec castra ullo tumultu mota videt, increpans quidem victos tandem martios animos Romanorum, debellatumque et concessum eis propalam de virtute ac gloriâ esse, in castra rediit: ceterùm, tacitâ curâ animum incensus, quòd cum duce, haudquaquam Flaminio Sempronioque simili, futura sibi res esset; ac tum demum, edocti malis romani, parem Annibali ducem quæsiissent, et prudentiam quidem, non vim dictatoris, extemplo timuit, constantiamque ejus haud dum expertus, agitare ac tentare animum, movendo crebrò castra, populandoque in oculis ejus agros sociorum, cœpit; et modò citato agmine e conspectu abibat, modò repenti in aliquo flexu viæ, si excipere digressum in æquum posset, occultus subsistebat. Fabius per loca alta agmen ducebat, modico ab hoste intervallo, ut neque omitteret eum, neque congregedetur. Castris, nisi quantum usus necessariò cogeret, tenebatur miles: pabulum et ligna nec pauci petebant, nec passim: equitum, levisque armaturæ statio, composita instructaque in subitos tumultus, et suo militi tuta omnia et infesta effusis hostium populatoribus præbebat, neque universo periculo summa rerum committebatur: et parva momenta levium certaminum et tuto cœptorum, finitimo receptu, assuefaciebant.

Nulla mora, no tardó Anibal un instante en sacar su gente á campo y presentarle la batalla. *Increpans*, diciendo para provocarlos que los ánimos guerreros de los Romanos se daban por vencidos, habiendo perdido el valor militar, y degenerado manifestamente de su valor y gloria. *Ceterim*, pero requemado de un cuidado interior, porque tenia que pelear con un general nada semejante á Flaminio. *Ac tum* (sup. quòd), y porque entonces finalmente, escarmentados los Romanos, etc. *Prudentiam*, pericia é ingenio militar. *Flexu*, recodo. *Si excipere*, por ver si podia cazarle saliendo á campo raso. *Ut neque*, de modo que ni le perdiese de vista ni viniese á las manos. *Pabulum*, á buscar forraje y leña, ni salian pocos, ni se apartaban mucho unos de otros. *Equitum, levisque*, la caballería é infantería la tenia en sus estancias arreglada y dispuesta para cualquier alarma repentina, con lo que tenia defendida su tropa, y no dejaba ningun lugar seguro al enemigo que salia á forrajear. *Neque universo*, ni arriesgaba en una sola batalla todo el ejército. *Et parva*, y el pequeño peligro de algunas escaramuzas hechas desde seguro, y que teniendo cercana la retirada iban acostumbrando á los sol-

territum pristinis cladibus militem, minùs jam tandem aut virtutis aut fortunæ pœnitere suæ. Sed non Annibalem magis infestum tam sanis consiliis habebat, quàm magistrum equitum, qui nihil aliud, quàm quòd impar erat imperio, moræ ad rempublicam præcipitandam habebat. Ferox rapidusque in consiliis, ac linguâ immodicus, primò inter paucos, dein propalam in vulgus, pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat, premendoque superiorem (quæ pessima ars nimis prosperis multorum successibus crevit) sese extollebat.

X. Annibal ex Arpinis in Samnium transit; Beneventanum depopulatur agrum, Telesiam urbem capit: irritat etiam de industriâ duces, si fortè accensum tot indignitatibus cladibusque sociorum trahere ad æquum certamen possit. Inter multitudinem sociorum italici generis, qui ad Trasymenum capti ab Annibale dimissique fuerant, tres campani equites erant, multis jam tum illecti donis promissisque Annibalis ad conciliandos popularium animos. Hi nuntiantes, si in Campaniam exercitum admovisset, Capuæ potiendæ copiam fore: cum res major, quàm auctores, esset, dubium Annibalem, alternisque fidentem ac diffidentem, tamen ut Campanos ex Samnio peteret, moverunt: monitos, ut etiam atque etiam promissa rebus confirmarent, jussosque cum popularibus et aliquibus principum redire ad se, dimisit. Ipse imperat duci, ut se in agrum Casinatem ducat, edoctus a peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opem ferendam sociis interclusurum. Sed punicum abhorrens os ab latinorum nominum prolatione pro Casino Casilinum dux ut

dados acobardados con los descalabros pasados á confiar mas en su valor y en su suerte. *Qui nihil*, el cual, si no arruinaba cuanto antes la república, era por estar sujeto á Fabio su mando. *Primò*, primeramente delante de algunos, despues delante de todos, públicamente tachaba en Fabio su detencion de pereza, y su sagacidad y cautela de cobardia, atribuyéndole vicios que tenian alguna semejanza con sus virtudes; y abatiendo el mérito de quien era superior á él (arte infame que ha ido en aumento por haber salido bien á muchos), se ensalzaba á sí mismo.

X. *Telesiam*, Telese. *Ad æquum*, á una batalla decisiva. *Campani*, Capuanos. *Capuæ*, que podría apoderarse de Capua. *Cum res*, sobrepujando la empresa las fuerzas de los que se la aconsejaban. *Dubium*, hallándose Anibal dudoso entre esperanzas y desconfianzas, al cabo se resolvió. *Rebus*, con la obra. *Exitum... interclusurum*, estorbaria la salida. *Sed punicum os*, pero la lengua carta-

acciperet fecit: aversusque ab itinere, per Allifanum, Catalanumque et Calenum agrum, in campum Stellatam descendit, ubi cum montibus fluminibusque clausam regionem circumspeisset, vocatum duces percunctatur, ubi terrarum esset? Cum is Casilini eo die mansurum eum dixisset, tum demum cognitus est error, et Casinum longè inde aliâ regione esse: virgisque cæso duce, et ad reliquorum terrorem in cruce sublato, castris communitis, Maharbalem cum equitibus in agrum Falernum prædatum dimisit. Usque ad aquas Sinuessanas populatio ea pervenit. Ingentem cladem, fugam tamen terroremque latiùs Numidæ fecerunt: nec tamen is terror, cum omnia bello flagrarent, fide socios dimovit, videlicet quia justo et moderato regebantur imperio; nec abnuebant, quod unum vinculum fidei est, melioribus parere. Ut verò ad Vulturnum flumen castra sunt posita, exurebaturque amœnissimus Italiæ ager, villæque passim incendiis fumabant, per juga Massici montis Fabio ducente, tum prope de integro seditio accensa: quieverant enim per paucos dies: quia, cum celerius solito ductum agmen fuisset, festinari ad prohibendam populationibus Campaniam crederant: ut verò in extrema juga Massici montis ventum est, hostesque sub oculis erant, Falerni agri, colonorumque Sinuessæ tecta urentes, nec ulla erat mentio pugnae: « Spectatumne huc, inquit Minutius, ut rem fruendam oculis, sociorum cædes et incendia, venimus? Nec si nullius alterius nos, ne civium quidem horum pudet, quos Sinuessam colonos patres nostri miserunt, ut ab Samnite hoste tuta hæc ora esset, quam nunc

ginesa, que no se acomoda bien á la pronunciacion del latin, fué la causa que en lugar de Casino el guia entendiase Casilino. *Per Allifanum*, por los territorios de Alifa, Gayazzo y Cirinola. *Stellatam*, campo Mazzone. *Mansurum*, que aquel día estaria en Casilino. *Longè*, lejos de allí en diverso país. *Cæso*, azotado. *Sublato*, puesto en cruz para escarmiento de los demás. *Populatio*, llegó esta desolacion. *Fugam*, y causaron grande huida y terror. *Dimovit*, apartó de la fidelidad, etc. *Videlicet*, la causa era porque eran gobernados con un mando justo y suave. *Festinari*, y que caminaban con prisa para impedir que fuese asolado el territorio de Capua. *Nec ulla... mentio*, y no se trataba de pelear. *Spectatumne*, hemos venido acaso para mirar como si fuera un espectáculo agradable las muertes? *Nec si nullius*, y ya que no nos mueva otro respeto, no nos causa vergüenza el mirar el estado de estos ciudadanos?...

non vicinus Samnis urit, sed Pœnus advena ab extremis orbis terrarum terminis nostrâ cunctatione et socordiâ jam huc progressus? Tantùm (proh!) degeneramus a parentibus nostris, ut præter quam oram illi punicas vagari classes dedecus esse imperii sui duxerint, eam nos nunc plenam hostium, Numidarumque ac Maurorum jam factam videamus? Qui modò Saguntum oppugnari indignando, non homines tantùm, sed fœdera et deos ciebamus, tendentem ad mœnia romanæ coloniæ Annibalem lenti spectamus? Fumus ex incendiis villarum agrorumque in oculos atque ora venit, strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, sæpius nos quàm deorum invocantium opem. Nos hic pecorum more per æstivos saltus deviosque calles exercitum ducimus, conditi nubibus silvisque? Si hoc modo peragrandi cacumina saltusque Furius recipere a Gallis urbem voluisset, quo hic novus Camillus, nobis dictator unicus in rebus affectis quæsitus, Italiam ab Annibale recuperare parat, Gallorum Roma esset: quam vereor, ne, sic cunctantibus nobis, Annibali ac Pœnis toties servaverint majores nostri! Sed vir, ac verè Romanus, quo die dictatorem eum ex auctoritate patrum, jussuque populi dictum, Veios allatus est nuntius, cùm esset satis altum Janiculum, ubi sedens prospectaret hostem, descendit in æquum: atque illo ipso die, mediâ in urbe, quâ nunc busta gallica sunt, et postero die citra Gabios, cecidit Gallorum

Tantùm (proh!), tanto degeneramos ¡oh dolor! de nuestros padres, que vemos ahora lleno de enemigos y poseido de Numidas y Moros aquel mismo país, á cuyas costas tuvieron por cosa indigna de su imperio que se arrimasen las armadas cartaginesas. *Non homines*, los que sintiendo poco ha el bloqueo de Sagunto, no solamente invocábamos á los hombres sino tambien á los dioses, por haber los enemigos quebrantado la alianza. *Strepunt aures*, resuenan en nuestros oídos los clamores de nuestros aliados. *Æstivos*, por montes calorosos y sendas intransitables. *Conditi*, metidos entre selvas. *Novus Camillus* (sarcasmo), este nuevo Camilo, este único dictador que hemos nombrado para reparar el mal estado de nuestras cosas. *Cunctantibus*, estando nosotros en esta inacción...

Busta gallica, sepulcros de los Galos. (Metonimia.) *Bustum*, i, la hoguera y lugar donde quemaban

los cadáveres: aquí se toma por sepulturas.

legiones. Quid? post multos annos cùm ad Furcas Caudinas ab Samnite hoste sub jugum missi sumus, utrùm tandem L. Papius Cursor juga Samniti perlustrando, an Luceriam premedando obsidendoque, et lacessendo victorem hostem, depulsum ab Romanis cervicibus jugum superbo Samniti imposuit? Modò consuli Lutatio quæ alia res, quàm celeritas, victoriam dedit? quòd postero die, quàm hostem vidit, classem gravem comœatibus, impeditam suomet ipsam instrumento atque apparatu, oppressit. Stultitia est sedendo aut votis debellari credere posse: armari copias oportet, deducendas in æquum, ut vir cum viro congregiaris. Audendo agendoque res romana crevit, non his segnibus consiliis, quæ timidi cauta vocant. » Hæc velut concionanti Minucio circumfundebatur tribunorum equitumque romanorum multitudo, et ad aures quoque militum dicta ferociaolvebantur: ac, si militaris suffragii res esset, haud dubiè ferebant, Minucium Fabio duci prælaturos.

XI. Fabius pariter, in suos haud minùs quàm in hostes intentus, priùs ab illis invictum animum præstat: quamquam probè scit, non in castris modò suis, sed jam etiam

Furcas Caudinas, y qué diré de lo que muchos años despues sucedió en las Horcas Caudinas, cuando, etc. *Juga*, cumbres de los montes. *Premendo*, bloqueando á Luceria. *Modò*, y ahora hace cuatro dias. *Gravem*, atestada de víveres, y (digamos así) embarazada de sus mismas provisiones y aparatos de guerra. *Sedendo*, que estándose quieto y con votos se puede concluir la guerra ó vencer. *Deducendas*, sacarlas á campo raso para pelear hombre con hombre. *Quæ timidi*, y con estas determinaciones lentas, que los cobardes llaman cautela. *Hæc velut*, cuando esto decia Minucio como en tono de arenga, le rodeaban. *Dicta*, y sus arrogantes expresiones. *Ac si*, y si por los votos de los soldados hubiera de ir la cosa, daban claramente á entender.

XI. *Fabius*, atento Fabio no menos á las intenciones de los suyos que á las del enemigo, manifesta un ánimo invencible de parte de aquellos...

Furcas Caudinas, quedó en pro-
verbio, porque allí los Samnites
pasaron al ejército romano por de-

bajo de la horca, que mas abajo dice
sub jugum. (Tit. Liv., lib. 9, c. 2.)

Romæ infamem suam cunctationem esse, obstinatus tamen eodem consiliorum tenore, æstatis reliquum extraxit: ut Annibal, destitutus ab spe summopere petiti certaminis, jam hibernis locum circumspectaret, quia ea regio præsentis erat copiæ, non perpetuæ; arbusta vineæque et consita omnia magis amœnis quàm necessariis fructibus. Hac per exploratores relatâ famâ Fabio, cùm satis sciret per easdem angustias, quibus intraverat Falernum agrum, rediturum, Calliculam montem et Casilinum occupat modicis præsiidiis; quæ urbs Vulturno flumine dirempta, Falernum a Campano agro dividit: ipse jugis iisdem exercitum reducit, misso exploratum cum quadringentis equitibus sociorum L. Hostilio Mancino: qui ex turbâ juvenum audientium sæpe ferociter concionantem magistrum equitum, progressus primò exploratoris modo, ut ex luto specularetur hostem, ubi vagos passim per vicus Numidas vidit, per occasionem etiam paucos occidit; extemplo occupatus certamine est animus, excideruntque præcepta dictatoris; qui quantum tutò posset, progressum priùs recipere sese jusserat, quàm in conspectum hostium veniret. Numidæ, alii atque alii occurrentes refugientesque, ad castra prope ipsum cum fatigatione equorum atque hominum pertraxere. Inde Carthalo, penes quem summa equestris imperii erat, concitatis equis invectus, cùm priùs quàm ad coniectum teli veniret avertisset hostem, quinque millia ferme continenti cursu secutus est fugientes. Mancinus, postquam nec hostem desistere sequi, nec spem vidit effugiendi esse, cohortatus suos, in

Infamem, se desaprobaba, se culpaba, se censuraba. *Obstinatus*, con todo eso, firme en su resolucion, pasó lo restante del estío del mismo modo. *Jam hibernis*, ya tratava de buscar lugar donde invernar, porque aquella region le proveia para entonces, no para siempre. *Consita*, y todo aquel territorio lleno mas de plantios amenos, etc. *Hac*, habiendo los espías llevado esta noticia á Fabio, y sabiendo de cierto que por las mismas embocaduras, etc. *Dirempta*, dividida en dos partes. *Per occasionem*, que encontró por casualidad. *Extemplo*, al punto entró en deseos de pelear, y se olvidó del mandato del dictador. *Qui quantum*, el que le habia mandado que, adelantándose con la seguridad posible, se retirase antes de, etc. *Numidæ*, saliendo al encuentro los Numidas unos despues de otros. *Pertraxere*, le trajeron. *Penes*, el cual era comandante de caballeria. *Concitatis*, habiendo acudido apretando la caballeria, y hecho huir á los Romanos antes de llegar á un tiro de flecha. *Continenti cursu*, á carrera..

prælium rediit, omni parte virium impar. Itaque ipse et delecti equitum circumventi occiduntur: ceteri effuso rursus cursu Cales primum. inde prope inviis callibus ad dictatorem perfrugerunt.

XII. Eo forte die Minucius se conjunxerat Fabio, missus ad firmandum præsidio saltum, qui super Tarracinam, in arctas coactus fauces, imminet mari, ne immunito Appiæ limite Pœnus pervenire in agrum romanum posset. Coniunctis exercitibus, dictator ac magister equitum castra in viam deferunt quâ Annibal ducturus erat. Duo inde millia hostes aberant. Postero die Pœni, quod viæ inter bina castra erat, agmine complevere. Cùm Romani sub ipso constitissent vallo, haud dubie æquiore loco, successit tamen Pœnus cum expeditis equitibus, atque ad lacessendum hostem carptim et procurando, recipiendoque sese, pugnare. Restitit suo loco romana acies: lenta pugna, et ex dictatoris magis quàm Annibalis fuit voluntate. Ducenti ab Romanis, octingenti hostium cecidere. Inclusus inde videri Annibal, viâ ad Casilinum obsessâ: cùm Capua et Samnium, et tantum a tergo divitum sociorum Romanis commeatus subveheret: Pœnus contrâ inter Formiana saxa, ac Linterni arenas, stagnaque perhorrida situ, hibernaturus esset. Nec Annibalem fefellit suis se artibus peti. Itaque, cùm per Casilinum evadere non posset, petendique montes, et jugum Calliculæ superandum esset: necubi Romanus inclusum vallibus agmen aggrederetur, ludibrium oculorum, specie terribile, ad frustrandum hostem commentus, principio noctis furtim succedere ad montes statuit.

Effuso rursus cursu, prosiguiendo en huir desapoderadamente, se refugiaron primeramente á Cales, y despues casi por sendas intransitables, etc.

XII. *In arctas*, formando unas gargantas estrechas domina al mar. *Sub ipso... vallo*, amparado con la misma empalizada, y sin duda en lugar mas ventajoso. *Procurando*, escaramuceando con algunas compañías para provocar al enemigo, y retirándose. *Tantum*, tantos aliados ricos como tenian á la espalda. *Commeatus*, llevádoles víveres. *Pœnus*, y al contrario teniendo que invernar Anibal entre los peñascos de Campo-Formio, arenales de Linterno, y lagos de horrible situacion. *Nec Annibalem*, ya conoció Anibal que le acometian con sus mismos ardides. *Montes*, teniendo que caminar por los montes y superar la cumbre. *Ludibrium*, habiendo discurrido un estratagema espantoso á la vista para burlar al enemigo. *Furtim*, entrar en los montes sin ser sentidos..